Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ORIAS

iuda. Ad huc transibunt greges
ad manus numerantis aut dominus
Ecce dies uenient dicit dominus
et suscitabo uerbum bonum quod
locutus sum ad domum israel et ad do
mum iuda. In diebus illis et in te
pore illo germinare faciam dauid
germen iustitiae et faciet iudicium
et iustitiam in terra. In diebus illis sal
uabitur iuda et israel habitabit confi
denter et hoc est nomen quod uo
cabunt eum dominus iustus nr.
Quia haec dicit dominus. Non in
teribit de dauid uir qui sedeat su
per thronum domus israel et de sacer
dotibus et de leuitis non interibit
uir a facie mea qui offerat holo
causta et incendat sacrifi
cium et cedat uictimas cunctis die
bus. Et factum est uerbum dni
ad ieremiam dicens. Haec dicit
dominus. Si irritum fieri potest
pactum meum cum die et pactu
meum cum nocte ut non sit dies
et nox in tempore suo et pactu me
um irritum fiat esse potest cum dauid
seruo meo ut non sit ex eo filius qui
regnet in throno eius et leuitis et
sacerdotes eius ministri mei. Sic
enumerari non possunt stellae celi
et metiri harena maris sic multi
plicabo semen dauid serui mei et
leuitas ministros meos. Et factu
est uerbum domini ad ieremiam
dicens. Nunquid non audisti quid
populus hic locutus sit dicens.
Duae cognationes quas elegerat
dominus abiecit sunt et populum
meum despexerunt eo quod non sit
gens coram eis. Haec dicit domin
Si pactum meum inter diem et not
tem et leges celo et terre non posui
equidem et semen iacob et dauid ser
ui mei proiciam et non assumam de se
mine eius principes seminis abra
ham ysaac et iacob. Reducam enim
conuersionem eorum et miserebor eis.

Verbum XXXIIII
quod factum est ad ieremiam a domino quando na
buchodonosor rex babilonis et omnis
exercitus eius uniuersaque regna ter
re quae erant sub potestate manus
eius et omnes populi bellabant
contra ieruisalem et contra omnes
urbes eius dicens. Haec dicit dns
deus israel. Vade et loquere ad sede
chiam regem iuda et dices ad eum
haec dicit dominus. Ecce ego tradam
ciuitatem hanc in manu regis ba
bilonis et incendet eam igni et tu
non effugies de manu eius sed comp
hensione capieris et in manus eius
traderis et oculi tui oculos regis ba
bilonis uidebunt et os eius cum ore
tuo loquetur et babilonem introi
bis. Attamen audi uerbum domi
rex iuda. Haec dicit dominus ad te
Non morieris in gladio sed in pace
morieris et sicut combustiones pa
trum tuorum regum priorum qui
fuerunt ante te sic comburent te
et plangent te et dicent. Ve domine
quia uerbum ego locutus sum di
cit dominus. Et locutus est ieremias prophetas ad sedechiam regem

55

Domaõ..